



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias  
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,  
præsertim Religiosis accommodatum

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066413**

Industria XII. Ratio Examini per contrapositionem virtutum ad vitia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45441**

## INDUSTRIA XII.

*Ratio Examinis per contrapositionem virtutum ad vitia.*

**I**n gestis Sanctorum legimus, quosdam Sanctos à morte sua ad cœlestem Patriam pergentes, in via per quosdam exactores, in quibusdam veluti teloniis fuisse detentos, donec proculpis in hac vita commissis, vel se satisfacisse oppositis virtutum ac rectè factorum meritis probassent, vel certe inibi statim adæquatè satisfacerentur. Inde, huic examinandi rationi, occasio, quàm præsens exponis Industria. Exponit enim modum examinis talem in quo defectus, & peccata oppositis, aut saltem aliis bonis actibus, virtutibus, affectibus suppletur, expiantur, ac veluti redimuntur, persolvunturque (vide Raderum 1. Parte Viridarii Sacratissimorum 28. April. Cap. cui titulus, Historia de miraculo Carthaginè in Africa factò, fol. 212. Edit. Lugdun. 1627. in Duodecimo.

Hæc Redemptio atque suppletio defectuum potest fieri variè.

1. Actibus virtutum directè oppositarum vitiis ac defectibus. v. g. Actus superbix, actibus humilitatis; actus gulæ, actibus jejunii; actus garrulitatis, actibus silentii. Et ideò præcipuè hæc examinis ratio sumpsit nomen contrapositiones, estque hæc ratio optima, ad profectum & ad parandos, habitus virtutum vitiis oppositarum.

2. Potest hæc suppletio atque contrapositio fieri ita, ut actibus vitiosis singulis singuli item actus virtuosi, esto natura suâ, non oppositi directè,

rectè, ex deſtinatione voluntatis opponantur, per eosque expientur, ac redimantur. In hoc enim ſenſu dixit Daniel Regi Babylonis, *eleemoſynnæ peccata tua redime*, & Chriſtus ſuaſit; quod *ſupereſt date eleemoſynnæ, & omnia munda ſunt vobis.* Dan. 4. 24. Luc. 11. 41.

3. Poſteſt hæc ſuppletio ac redemptio fieri ita, ut actibus vitioſis ſingulis, non ſinguli item actus virtutum opponantur, ſed plures contraponantur virtuoli uni vitioſo, quò copioſior ſit ſuppletio.

4. Id ipſum poſteſt adhuc fieri per progreſſionem ſeu multiplicationem, proportionemque, ita, ut primo vitioſo actui, actus virtutis duo opponantur, ſecundo actui, quatuor virtuoli. Tertio actui vitioſo, octo virtuoli, Quarto vitioſo actui, ſedecim virtuoli contraponantur, quò exercitii genus cum aliis Sanctis, tum Joanni noſtro Berchmanno legimus fuiſſe uſitatum, ſed in eo, diſcretionem opus eſt, ne multiplici progreſſione, atque calculatione capiti vis inferatur.

5. Poſteſt etiam ita ſuppletio iſta fieri, ut unus, virtutis actus, vel alter, pluribus actibus vitioſis opponatur, ita tamen ut actus virtutis ſit ſtrenuus, illuſtris heroicus, vel ex ſpecie ſua primæ notæ claſſique virtutis. Vel intenſus, vel diuturnus, vel conjunctus Sacramento, aut ſacrificio, aut mortificationi ſenſuum, gulæ, affectuum honoris, opinionis, voluntatis, iudicii, &c.

Et quia quandoque actus vitioſi, non poſſunt rationabiliter atque commodè ſuppleri, oppoſitis directè actibus virtutum, hos ergo ſatis erit, vel pœnitundine interna, vel etiam externa,

na, itemque proposito emendationis, vel aliquo diverso actu bona supplere. Porro revocando hoc etiam examen ad communem & debitam formam; ea hæc esse poterit.

PUNCTUM I. Continebit Gratiarum actionem pro Beneficiis.

PUNCTUM II. Continebit Petitionem Luminis.

PUNCTUM III. Continebit Reflexionem diligentem super sequentia Capita.

1. Videbis an feceris omnes actiones, quas ordinariè, ex cursu, & usu vitæ statusque tui facere soles, ac debes, si quam non feceris supplebis statim.

2. An feceris eas modo, intentione, puritate, diligentia, loco, tempore, attemperatione juxta regulas communes aut privatas tuas; si inveneris aliquid omissum supplebile, supple statim, aut supplendum in fine, reserva, & adnota. Hic proderit habere ob oculos ordinem temporum & actionum, & observationum in actionibus servandarum, in quibus rebus, majorem minoremque experietur difficultatem is, qui in ordinaria vita sua, majorem aut minorem presentiam ad se, recollectionemque inter agendum & diligentiam ordinationemque adhibet, qui verò nullam adhibet, is hæc, quæ proponimus examinanda nunc, nec intelliget quidem.

3. In Particulari despicias opera tua directè spectantia Deum, ut sunt orationes, Sacra, horæ Canonice, elevationes mentis ad Deum, jaculatorii affectus, presentis Dei memoria. Item spectantia te ipsum, ut est presentia ad te, dominiumque tui, ordo vitæ, actio vestiendi, lavandi,

eden-

edendi, inambulandi, officium exequendi. Item ſpectantia ſuperiorem, ut ſunt, obedientia ad punctum cum conformitate voluntatis iudicii- que, cum recognitione Perſonæ Chriſti & Dei, amor, reverentia, deſenſio, apud te, apud alios ejus authoritatis. Nomine ſuperioris, intellige Perſonam vivam, legem ſcriptam, vitam communem, pulſus etiam campanæ. Item ſpectantia ad parem, ut ſunt exemplum, ſuſtinentia morum, charitatis exhibitio mutua, devitatio eorum in te, quibus gravis eſſe poſſis alteri, &c. Item ſpectantia ſubditum ut ſunt cura, diſciplina, regimen, proviſio neceſſariorum, exceptio benigna, ultronea oblatio rerum, illi vel neceſſariorum, vel deſideratarum, monitio in tempore, correptio & pœna benigna. Item ſpectantia officium, externos, communitatem.

4. Adhuc magis in Particulari videbis præſentiam tui ad te ipſum, ad Deum, ad rationem, item electionis deliberationis, præviſionisque, præmiſſionem ante opera. Vigilantiam rationis ſuper te, inter operandum, & ſuper conſcientiam monentem, & ſuggerentem aliquid; ut ſuper circumſtantias, ac rationes, ex quibus poſſit opus gratius ingratiuſque Deo reddi.

5. Videbis uſum, amorem, conatum, frequentationem rationis meditationisque, ſuperationem laboris in ea. Item uſum elevationis mentis, & ejaculatoriarum, an fuerint, an crebræ, an ignitæ, an diſtractâ, & ad aliud attentâ mente. an vero tantisper confidente, & conquieſcente, perque quietem ad Deum totaliter aſſurgente, & igneſcente, an verò frigidè, raptim, feſtine,

festine, non ex proposito, sed solius quasi ceremoniæ, & expeditionis gratiâ.

6. Vide usum Linguæ, quando, cum quo, quid, seu de quo dictum, quomodo, affectus pondere, quo respectu, an suo, & commodo tempore, salvâ communi disciplinâ, esto de necessariis, sed differibilibus, in ordinatius tempus.

7. Vide cultum, amorem, appretiationemque silentii, etiam interni, etiam tecum, etiam in strepitu, cantu.

8. Vide gulæ dominium refrenationemque in quantitate, in modo sumendi, in mora sumendi, & repressione appetitus per moram, in usu observationum.

9. Vide opera naturæ, commoditates, illi naturaliter, inadvertenterque indultas, ex sola ejus exigentia, atque has vel statim, vel post paulò, asperitate & incommodo expia.

10. Anticipationem, vel punctuationem in ordine temporum, & actionum vide.

11. Vide spem in Deum, negligentiamque in ejus Providentiam, & curam sive tui, tuarumque rerum, maximè corporalium & officialium, immò & spiritualium (salvâ tamen tuâ cooperatione, sed exclusâ in cooperationem industriamque tuam, fiduciâ) sive aliarum omnium rerum in toto mundo, Ecclesia, Regno, Provinciâ, Domo.

12. Vide dilationes, vel anticipationes inordinatas, in spem compensationis.

13. Vide cogitationem de futuris, contra puritatem Resignationis.

14. Vide imaginationes, & apprehensiones, præcipuè melancholicas, & amaras, dialogifimos

etiam

Dr. C. C.  
Bicki  
as  
Tomus  
N. V.  
58

etiam  
his,  
bus,  
tis, &  
gismi  
temp  
sam,  
nas, p  
loque  
dum.  
nuas  
num  
bror  
cipu  
& m  
infer  
non  
gled  
cum  
tion  
mod  
mer  
nes  
qual  
id co  
spec  
gene  
ager  
dum

etiam mentis, & concursus imaginarios, cum his, vel illis personis, in his vel illis occasionibus, futuris, vel quasi futuris, itemque præteritis, & jam lapsis, nec corrigibilibus; qui dialogismi turbant mentem, orationem, furantur tempus, radicant in animo amaritudinem vitiosam, & habitum relinquunt odii, contra Personas, paratumque faciunt ad carpendum, ad obloquendum, ad increpandum, ad contemnendum.

15. Vide Proposita, consuetudinesque annuas, menstruas, hebdomadarias, diurnas, actionum, occupationum, an servatæ, omisssæ, cur?

16. Vide usum sensuum externorum membrorumque inutilem, naturalem, otiosum, præcipue tactus, & oculorum, itemque gestuum, & motus.

17. Convictum communem cum æquali, inferiore, majore, charitatem fraternam, læsam non sarcitam, non impensam, sarcendam, neglectam exhibere.

18. Vide exempla vitæ communis in publicum danda, non data à te, cum damno ædificationis.

19. Vide, Respectus ad te ipsum ad tua commoda, sensa, honorem, potestatem, labores, merita, in hunc, in communitatem, excusationes quoque tui apud te, & per te apud alios, quasi rationabiliter utaris, exigas, quasque alii id cogitent, & excusent te, apud se. Item respectus etiam ad merita supernaturalia, quæ augenda sunt quidem semper in omni actione, & agendum semper meritorie, non tamen agendum propter merita, sed propter Dei placita, ita  
ut

22  
et  
III

ut ipsum mereri, non sit propter mereri, sed propter, Deo ad gustum facere.

20. Vide opera bona quidem ex se, sed aliunde imperfecta, non finita, neglectim facta.

21. Vide respectus, timores, pudoresque humanos, ob quos facta, vel non facta aliqua.

22. Vide servitium alieno gustui, impertinenti item laudi, amori, spei, speratae, non propter Deum.

23. Vide occultam cupidinem sentiendi, sciendique aliorum de te, & tuis sensum.

24. Vide occultam cupidinem internam ad res, quas tamen foris prodas, non te cupere, aut cupiisse: occultam quoque molestiam, ex aliquo casu, alicujusve facto, quam tamen molestiam neges tibi inesse, cum ipsa illa à negotio, à molestia interna proficiscatur, si modo non mentiatur Iniquitas sibi & conscientiae pupillam intueatur.

25. Vide obedientiam, ac facilitatem, ac tractabilitatem tui, ad nutum rationis hic & nunc, conscientiae, gratiae Dei, in quavis occasione, & in quovis objecto, praecipue ad orandum, ad ordinem servandum, ad abstinentiam alicujus non caepti operis, aut sermonis, vel confidentiae cum aliquo provocantis.

26. Vide negligentiam admissam in operando, vel examinando, hoc vel alio examine, in spem & per intuitum suppletionis hoc examine futurae, vel alio.

27. Vide, an ea quae, praeteritum tale, vel aliud examen supplenda expiandaque dixerat, sint suppleta, quomodo?

28. Vide, an hoc ipsum individuale examen, quod

quod  
ut Deu  
tenta

29

tua cu  
militar  
clesia,  
in spec  
passio  
action  
in san  
guâ lo

PU

recapi  
tis cap  
nume  
acced  
contra  
quid  
disting  
saltem  
vitam  
ex die  
neglig  
pia co  
ctaver  
matur

P

emene  
fieri p  
aut ill  
&c. d.  
jus ex



quod nunc fecisti, vel facis, ita feceris, faciasvé,  
ut Deus, & ratio, & exigentia spiritus tui con-  
tenta sit usquequaque.

29. Vide ulum Communionis & unionis  
tuæ cum Creatore, cum Ecclesia triumphante &  
militante, usum item meritorum & thesauri Ec-  
clesiæ; meritorum præcipuè Christi Domini, an  
in specie, an & te, & potentias, & actiones, &  
passiones, & objecta, & circumstantias tuas,  
actionumque tuarum, ac Passionum intinxis  
in sanguine Christi, v. g. vestem induturus, lin-  
guâ locuturus, cibum sumpturus &c.

PUNCTUM IV. Continebit reflexionem  
recapitulativam super prædictas omnes in nota-  
tis capitibus inventas negligentias, quarum in to-  
numero, vel aliqua ratione, atque taxatione,  
accedendum erit ad actualem suppletionem,  
contrapositionem, redemptionem. Quod si ali-  
quid sit impedimenti justî, ob quod non liceat  
distinctè omnia prædicta capita excutere, fiat  
saltem reflexio aliqua sufficiens & justa, super  
vitam hodiernam v. g. & ejus natura statusque  
ex dictamine interioris conscientiæ mensuretur,  
negligentiarumque ac vitiosorum actuum co-  
pia colligatur, eadem taxetur; ac prout ratio di-  
ctaverit, contrapositione suppleatur & redi-  
matur.

PUNCTUM V. Continebit proposituram  
emendationis in futurum, quod, ut quantum  
fieri poterit, sit particulare, & specificum, in his  
aut illis certis capitibus, occasionibus, objectis,  
&c. danda est opera: In hoc enim maximus hu-  
jus examinis fructus consistit.

PUN-

PUNCTUM VI. Continebit actualem contrapositionem, expiationemque, & quidem primò primarioque internam, deinde etiam externam, ut ab illa ad istam vis efficacique dimanet, fiet autem modo aliquo ex supra dictis ab initio Industriæ hujus actibus, vel æquantibus, vel quod melius est, superantibus numero, intensione, motivorum excellentiâ & sublimitate, numerum defectuum. Item actibus dolorificis, humilificantibus, confusivis, privantibus aliquâ commoditate. Item balneo sanguinis Christi, Pretiosissimæ Parentis, Sanctorum, totius Ecclesiæ. Item Sacrificio, & ejus fructu impetrativo, ac præsertim satisfactorio. Item resignatione quàm absolutissimâ in Dei voluntatem, pro omni circumstantia & facie illius, æstimatione quoque eminentissimæ Dei dignitatis, ac voluntatis, & charitatis, cum adjunctione omnimodæ suimet perditionis, mortificationis, expropriationis, & annihilationis.

Hoc Examen (sicut & omne aliud fermè ejusdem est ingenii) etiam negligenter factum, non potest non esse summè proficuum ad profectum in omni virtute, nec non ad permanendum coram oculis Dei, in gratiositate, & immunitate ab omni debito tam culpæ quàm pœnæ, neque facilè inveniri poterit ratio (post gratiam Dei, Sacramentorumque, & Sacrificii applicatione, inquam non excipi, sed potiùs adjungi hujus Industriæ Examinisque usui volo) evitandi pœnas, sive hujus vitæ, sive Purgatorii, commodior, quàm ista contrapositionis suppletio, atque tam culparum, quàm pœnarum culpæ debitæ, expiatio atque redemptio.

INDU.